

130

ra. de Regul. Jur. in 6. exequi curet. Culpa enim horum ad-
scribendum est, qui negligentiores in suo officio fuerint re-
pertis. I. divus et Marcus. ff. de Offic. Præsid.

STATUTUM V.

De Officio Præpositi usurpando vel non.

Quamvis vindicatio (ut ex immmediato statuto liquet) ad Clarissi-
mum Præpositum domus pro tempore existentem pertineat,
et nemo ejus officium, uspote alienum usurpare debeat. c. Tu-
a nos. de Homicid. tamen si quis ex dominis Consiliariis Do-
mūs, aut quivis alius de Collegio Professor, maxime in absen-
tia domini Præpositi domus Censum ad Collegium spectantem
perceperit et de percepto quietationem suo vel nomine
Præpositi dederit, officium ejus usurpare non censetur,
quinimo illum in officio Præpositoriali satis oneroso adju-
juare videtur; modo dictum Censum totaliter Præposito
quamprimum venerit, restituat, alias non debet esse sine
culpa; quia hoc casu se immiscerit rei ad se non perti-
nenti. c. Non est. de Reg. Juris. in 6. et 1. Culpa est. ff. eod. 17.

STATUTUM VI.

De fidei proventum Collegii inter Professores dismembratione.
Insistendo doctrinae Centrum Doctoris Pauli I. Timoth. 5. in can-
guineung. 12. q. 2. relatō: Dignum est operariorum mercede
sua. Statuimus et inviolabiliter observari volumus, ut uni-
cuiq; Professori tam presenti, quam à Convocatione absen-
ti etiam post cœsum vel decepsum ejusdem, proventus eundem
de Collegio et Professione tempore actualis laboris et residen-
tia